



CHRISTI REDEMPTORIS AUSPICIO.

DISPUTATIO SECUNDA

*Continens*

QVÆSTIONES FORENSES EX

Processu & Ordinatione Judic. vulgo

Gerichts Ordnung/

Serenissimi ac Potentissimi Principis

ac Domini, Dn.

JOHANNIS GEORGII

Ducis & Elect. Sax. &c. Domini nostri clementiss,

desumptas,

QVÆS

SUB PRÆSIDIO

CHRISTIANI TAUBMANNI, U. J. D,

Prof. Publ. Curia Elect. & Facult. Jurid,

Assessoris,

*Publicè defendes*

FRIDERICUS von Zena/

Anhaltinus.

*Ad diem Februar. in Auditorio*

*Jctorum horis antemerid,*

✻ [†] ✻

WITTEBERGÆ,

Excudebat JOHANNES HAKE. M. DC. XLIV.

21 20  
1644 4

CHRISTI REDEMPTORIS AMENICIO

DISCIPULI SECUNDI

QUESTIONES FORENSIS

Procedit & Oratione in vulgo

quodam Christiano

secundum de Potestatis

et Domini

JOHANNES RECTOR

Magister et

CHRISTIANUS

Magister et

RECTOR



# DISPUTATIO SECUNDA

Ex Processu Judiciario

Saxon.

A.C. 1644  
Febr.

PRÆSIDE

CHRISTIANO TAUBMANNO

D. & P. P.

Respondente

FRIDERICO von Zena/ Anhaltino.

Tit. VII.

Von den Anwalden und Bolmachten.



Um in omnibus omnino judicijs *Legitimatio* debeat *Princ.* præcedere, dubitatur: An in iudicio pro alio sine sufficienti quis mandato comparere possit? *Neg.* Aded ut si *Advocatus* absq; mandato quid protulerit, *etiamsi à parte adversa id non impugnetur*, à *Judice* ex officio non tantum rejiciendum, *etiamsi ad Cautionem rati Advocatus se offerat*, sed & *Advocatus primâ vice* 5. *Secundâ vice* 10. *Joachimicis*, & sic deinceps puniendus. *in pr. h. t. Berl. part. 1. concl. 14. n. 17. 18. & 19. Carpz. part. 1. Const. 1. def. 26.* Nec à suo cliente illos reperere potest. *Ibid.* Imò & sumtus hoc casu parti adversæ refundere tenetur. §. Wann auch verb. In verbleibung dessen/ das part in die expensen *Berl. ib. num 27. Carpz. l. 3. t. 1. resp. 5. n. 15.*

II. Quam pœnam quoque incurrunt, si non *primâ statim compositione* (mit dem ersten sag) *Mandata*, *Curatoria* & *tutoria* exhibeant. *d. pr. vers.* In massen / dann die *Advocaten* schuldig sein / *Et c. Berlich. d. l. n. 25.* Eiusque in exordio *Clientulorum nomina* et *cognonoma*, *habitationes* & *Castra* eorum *hæreditaria*, vel de quibus se scribunt exprimant. *d. pr. vers.* Auch bey ebenmäßiger straffe. *Berlich. d. l. n. 29.*

III. Ergone omnes pro alijs comparentes mandato opus habent? N, Sed id tantû in extraneis obtinet; *Descendentes* enim & *A-* lassen

G

scendentes

*scēdentes in infinitum, Collaterales in tertium usque gradum inclusive, nec non Maritus pro Uxore, Socer pro genero, Gener pro Socero absque mandato cum Cautione rati, eo ipso in termino adhuc præstanda, admittuntur. d. §. Carpz. p. 1. const. 1. def. 29. Etiam ex parte actoris d. lib. 3. tit. 1. resp. 7. n. 7. Berlich. part. 1. Concl. 14. num. 35. & seqq.*

IV. Quod & in Consortibus litis obtinet, siue contestata fuerit lis, siue non, per d. §. verb. fin. Welches auch in Consortibus ejusdem litis stat haben sol. Berlich. d. l. n. 45. & seq.

§. da auch  
p. 19.

V. Nec non, Procuratoribus insufficiens, & mutilum habentibus mandatum. Berlich. d. l. n. 57. Carpz. l. 3. t. 1. Resp. 8. Non tamen in Syndicis Berl. d. l. n. 51. Neque per literas mandantis. Carpz. l. 3. t. 1. Resp. 8. 9.

VI. Et cum quælibet res certis suis constet requisitis & substantialibus, mandatum quoq; ut integrum sit, non modò mandantis requirit Sigillum, sed & subscriptionem. vers. Nicht allein von den Parthenen gesiegelt / sondern auch unterschrieben sein. Carp. part. 1. const. 1. def. 27. & in Resp. l. 3. t. 1. Resp. 6. n. 3. Et si quis scribere ignorat, per Notarium vel per Judicem aut Magistrum Actorum id conficere debet. vers. Und wer nicht. Berlich. d. Concl. n. 76. 80. decis. 54.

VII. Istud tamen non semper requiri, sed eo casu, quo Dominus propria manu conscripsit, & de eo in eodem testatus, ejusque in initio mentio facta, quod propria manu conscripserit, subscriptionem & sigillum omitti posse arg. pr. de Emt. & vend. vers. nisi & instrumenta. l. 28. §. ult. C. d. Test. cum Hilig. D. E. 18. cap. 12. lit. E. E. 1. putamus.

VII. Sed an simultaque procurator stipulata manu omnia sua bona hypothecæ loco promittit, idque registrari petit, cautio rati actualiter præstita videatur? Aff. Etiam si Judicis sub quo sita bona consensus non adsit. Berlich. d. l. n. 68. 69. & decis 80. Carpz. l. 3. t. 1. Resp. 7. n. 15.

§. wann  
auch.

IX. An autem in Judicio sufficiat mandatum generale semel in una causa à procuratore fuisse productum, ita ut in aliis ad illud se referre possit? Neg. Sed requiritur, ut Procurator vel distincta habeat

habeat *mandata*, vel generale illud per Judicii Notarium sumti-  
bus partis *auscultari* faciat, & ad quamlibet causam producat.  
*vers.* oder soll zum wenigsten. Alias pars in expensas, & Advocatus  
in poenam supra dictam condemnatur. *vers.* In verbleibung Ber-  
l.c. 14. n. 100.

X Nec mandatum in genere tanquam in sufficiens impugnari §. do nuu  
potest, Sed omnes defectus in specie demonstrandi & allegandi. Berl. p. 20  
d.l. n. 115.

XI. Illud a, non refert, *Syndicus* an ejusdem Universitatis vel  
corporis membrum sit, nec ne, ideò enim, quod non ex corpore,  
minimè recusandus. d. §. in fin. *vers.* Sonsten aber auch Berlich. d. l.  
n. 119. Carpz. part. 1. Const. 13. def. 6. Ad Acta tamen Syndici, non mi-  
nus quam reliqui procuratores, *Syndicatus* suos cum prima statim  
*positione* ponere tenentur: Nisi eandem reliquis præstitutam pœ-  
nam solvere velint. tit. 5. in pr. vid. possit. 1. Sibi alleg. Carpz. & Ber-  
lich.

XII. Hoc autem singulare est, quod *civitatis Syndicus* à Consu-  
libus & Senatoribus absque plebis tribunorum interventu, sigil-  
lo tamen Senatorio vel civitatis Syndicatu appposito, recte con-  
stituatur: *Pagorum* verò vel *villarum* non aliter quam majori in-  
colarum parte, nec non viduarum & Pupillorum Tutoribus &  
Curatoribus consentientibus; inde quoque fit, quod non admit-  
tantur, nisi una cum Syndicibus Tutoria quoque & Curatoria  
exhibeant. Rauchb. p. 2. q. 1. n. 13. Carpz. part. 1. Constitut. 13. def. 7.  
& 8.

XIII. Sed an illa, quæ *falsus procurator* gessit: constituens ra-  
ta habere possit? *Dist.* Ea quæ ante sententiam definitivam gesta  
sunt, rata recte habet, sive contra mandati defectus exceptum fue-  
rit sive non: Quod si verò post sententiam ratum habere velit ge-  
stum constituens, ita demum admittetur, si pars adversa non pri-  
us contra mandatum exceperit, quàm verbis & factis suam consti-  
tuens declaraverit rati habitionem. Berl. d. l. num. 123. & 125. & c. S. Trüge  
S. schließ-  
lichen

XIV. Deniq; Procuratoribus incumbit *sportulas* & impensas  
Iudiciales (die Gerichtsgebühr) à suis clientulis exigere & Iudici  
solvere, nisi ipsi præstare velint. §. in fin. Berl. d. l. n. 141.

## TIT. VIII.

### Wie die Weibspersonen vor Gericht handeln mögen.

*Princ. p. 21.*

I. Viduæ & virgines an legitimam personam standi in Iudicio habeant? Neg. Cujus cunque sint ætatis, sive Actrices sive Reæ: & quicquid agere velint, hoc vel per Tutores vel Actores peragant *pr. b. t. Berl. d. p. 1. concl. 15. n. 3. 9. Carpz. part. 1. const. 1. def. 30. & 32. & par. 2. c. 15. d. 1. Actorium tamen ut ab ipsamet muliere, una cum curatore ut sit subscriptum, necesse non est. vers. fin. oder welcher. Carpz. l. 3. t. 1. Resp. 14. n. 11.*

II. Quod si vero Tutoribus destituantur, Iudex ipsis Curatorem ad litem, (einen Kriegieschen Vormunden) qui vel mulieris nomine agat, vel respondeat, constituet: Etiam si à parte petitum non sit. *Berl. d. l. n. 10. part. 2. Const. Elect. 15. vers. derowegen dann die Gerichtshalter eines jeden Orths. Nec speciale mulieris mandatum requiritur. Carpzov. lib. 3. tit. 1. resp. 14. n. 23.*

*S. do Sie*

III. Imo etiam si sint *maritatae*, nil quicquam tamen nisi per suos Curatores in Iudicio agere possunt: sive illi fuerint extranei, sive proprii mariti, vel per eorum Actores *ib. vers. Gleicher gestalt. Aded ut mariti quoque als Eheliche Vormunden non admittantur, nisi specialiter eis fuerint curatores constituti; & ita Curatoria sua exhibeant, vel de rato caveant. Berl. c. 15. n. 10. Carpz. d. Resp. 14. n. 10. & part. 1. const. 1. def. 30. 31. 32.*

IV. Excepta *causa criminali*, in quâ mulier Rea, tantum abest, ut non possit absque curatore in Iudicio comparere, ut etiam invita teneatur, *Carpz. d. l. def. 33.*

## TIT. IX.

### Von den vormündern vnd derselben Actorn.

*Princ. p. 22.*

I. Quemadmodum *Procurator* Mandatum, *Curator* Curatorium, *Ita Tutores* Tutoria, & ab his cõstituti, *Actoria* in Iudicio pro pupillis agere volentes exhibere tenentur, in tantum, ut nec *Testamentarij*



*mentarij loco Tutoriorum copias Testamentorum collationatas si exhibeant, sufficiat, Vult. l. 2. I. P. R. c. 30. per Ord. Imper. de Anno 1577. tit. Von der Pupillen vnd mündersährigen kindere Tutoren vnd Vormünder. Diff. Berlich. part. 1. Concl. 16. n. 7.*

II. Et cum accidat quoq; plures sapē ut sint Tutores: Quæritur: An omnes conjunctim tam activè, quàm passivè pupillos suos in Iudicio defendere teneantur; an verò sufficiat, si unus illorum hoc faciat? Aff. prius per *pr. ibi* sollen die Vormünder/hin sührer sämtlich Ihre Mündlein vor Gericht Activè vnd Passivè vertreten. *Berlich. p. 1. Concl. 16. n. 8. 17. 22.*

III. Quod si verò ipsi Tutores, vel Curatores comparere nolint, possint ne licitè procuratorem constituere? Neg. Sed Actorem. *Carpz. l. 3. t. 1. Resp. 14. n. 4.* Ita tamen, ut nō unius vel alterius, sed *omnium consensu conjunctim* sit constitutus. *Berlich. d. l. num. 23.* S. wurden

IV. Nisi in morā periculum sit, tunc enim unus Curatorum rectè illud expediet; vel Actorem solus constituet. *vers. Es were den etwa mit anlegung eines Arrests. Berl. d. l. n. 25.*

V. Aliter tamen verum hoc non est, nisi postea & reliquæ Contutores compareant, personas suas legitiment, vel actorem ab uno antea datum, communi consensu constituent. *d. §. vers. doch das sich hernach in processu &c. Berlich, d. l. n. 26. Carpz. l. 3, t. 1. Resp. 12. n. 13.*

VI. Hoc autem Judicis in arbitrio est, quando vel ob absentiam unius ex Contutoribus, vel aliis justis & gravibus de causis, uni soli causa ventilanda & peragenda sit relinquenda *verb. Würde auch einer oder der ander. Berl. d. l. n. 29.*

## TIT. X.

### Wie wieder die Aussenbleibende Parteyen Procediret werden sol.

I. Cum diversa sit poena contumaciae, tam in secunda quam *Princ. p. 23.*  
prima instantia, tam circa Personam Actoris & Appellantis, quàm  
Rei & appellati. & An Actor in Terminò nō cōparens statim cau-  
sa cadat

sa cadat? Neg. Sed Reo ab instantis absoluto tenetur expensas restituere, & cautionem de lite prosequenda præstare *Carpz. lib. 3. tit. 12. Resp. 122. n. 1.* Etiam in compromisso *id part. 1. const. 9. def. 22.* sive contumacia ante sive post litem contestatam commissa *Berlich. part. 1. concl. 17 n. 20.*

§. do aber

II. Si vero Appellans vel Leurerans, in termino ad justificationem Appellationis vel Leurationis prosecutionem præfixo, non comparuerit, an Appellatio pro deserta habenda & Appellans in Expensas condemnandus *Aff. Carpz. const. 19. def. 33. 34.* Eoq; ipso Judicatum confirmatur *id. lib. 3. tit. 11. Resp. 104. n. 8. 14. & tit. 12. Resp. 122. n. 43.*

III. Si vero Appellans in Iustificanda Appellatione initium fecerit, Iudex acta primæ instantiæ, & ita ab ipso deducta, fideliter perpendat & in meritis cognoscat; Sin vero ea ulteriori deductione indigere persentiscat, appellantem in expensas condemnet, & ei sub pœna desertionis in sequenti Termino Iustificationis absoluti- onem injungat *vers. Geschehe es aber, Berlich. d. concl. 17. n. 106.* Iterum emanante supra dicta pœna locum obtinet, *vers. würde nun.*

§. do aber  
Appellant  
p. 24.  
§. imfall

IV. Sed quid si comparens dilationem petat? tunc illa quidem concedenda, in expensas tamen condemnandus & justificatio ad proximum sub pœna desertionis ei injungenda *Berlich. d. l. n. 108. Carpz. d. Resp. 104.*

V. Quid vero si Reus contumax, an statim amissione causæ puniendus? Neg. Sed præmissa contumaciæ accusatione, primo ad legitima usque impedimenta *Bis auff Ehehafft vnd Behülffliche Widerrede* condemnandus *Carpz. const. 9. def. 3. & lib. 3. tit. 12. Resp. 122. n. 3.* Idque tam in actionibus personalibus quam Realibus *ibid. n. 6.* Etiam si Reus expresse dicat se nolle comparere *Berl. ibid. n. 47.*

VI. Quæ tamen in sequenti termino, præmissa Citatione ad instantiam actoris, probare debet *vers. Vnd do er Berlich. conc. 17. n. 46. 63. 67.* Etiam Juramento suo. *Carpz. const. 9. def. 10. 11. 12. 13. & lib. 3. tit. 3. Resp. 25. num. 4. Resp. 25. 26. 27. 28. & tit. 12. Resp. 112. num. 7.*

VII. Si vero vel non comparet, vel impedimenta non sufficienter probat, tunc in amissionem causæ, & usque ad Executionem

nem

nem (Bis vff die hülffe) condemnandus. *vers. in gegensal Carpz. d. 14. Modo præcellerit contumaciæ accusatio ib. vff ferner Beschuldigung des Klägers de f. 15. Et de Citationis insinuatione constet vers. Jedoch def. 16. Contingente terminum legalem sex septimanarum & trium dierum. ibid. Qui non à die scriptionis sed receptionis computandus vers. von Zeit an der insinuation def. 17. Quamvis quoad condemnationem in expensas ob temporis angustiam non excusetur, responsione sub pœna contumaciæ ipsi imposta. verb. Sonsten aber def. 18. & const. 2. def. 25. Berlich. ibid. n. 63. 71. 76. & concl. 10. n. 14. 15. Schulz Syn. Inst. de Succ. subl. pag. 335. Carpz. p. 1. c. 2. def. 23. & 25.*

**IIIX.** Sed quid si Reus neque omnino emanet, neque etiam *S. dieweif* sufficienter comparet, sed vel per literas vel nuncjum se excusat, *p. 25.* & Exceptiones non nullas præten dit, vel impedimentum allegat; an & tunc contra eum tanquam contumacem procedi possit? N. Sed vel ad restitutionem expensarum istius termini *vers. aber gleichwoi Jhres nicht erscheinens wegen vnd daß sie inhalts der Citation die noturfft nicht von munde aus in die Feder einbringen lassen Carpz. c. 9. def. 19. Ita ut ante earundem exsolutionem ulterius non admittatur Carpz. l. 3. r. 3. Resp. 30. & r. 12. Resp. 104. n. 3. & quidem unica saltẽm vice, verb. Jedoch daß solches vber einmahl nicht geschehe. Vel ad legitima impedimenta auff Ehehafft condemnandus: Quæ tamen non cumulanda. *Carpz. def. 20. Quamvis ex observantia cõtumacia secunda, etiam vel tertiã vice commissa, arbitrarie quandoque puniatur; & Reus vel ad Impedimenta legitima vel ad expensas Terminum condemnetur, unde vulgo Clausula (Ben) entlicher Straff Ungehorsams vorigen vrtheil folge zuleisten) sententiis inseri solet. Ibid. Berlich. cap. 17 num. 95.**

**IX.** An autem contra Appellatum quoq; tanquam contra contumacem vff die Straffe vnd Ehehafft des Sächs. Rechts procedi possit? N. Sed facta Iustificatione, appellationis acta Iudex as sumere, et si ex illis apparet, bene iudicatum, & male appellatum, priorem sententiam etiam appellato absente confirmare debet *vers. So wollen wir. Adeò ut hoc in casu appellatus ne quidem in expensas condemnari possit. Berlich. concl. 17. num 115. & concl. 50. n.*

lgl. Nisi per appellan-tem aliquid novi deductum, tunc iudex ad hoc appellatum iterum citare debet, ne inauditus condemnetur. *ibid.* oder wann *Berlich. ib. n. 192. Carpz. c. 19. def. & 31. 32. & l. 3. t. 3. Resp. 29. n. 12. & tit. 12. Resp. 122. n. 19. & 32.*

### C O R O N I S.

I. Condemnatus quis in Contumaciam in causa infamante, Quæritur, an ex eo infamis fiat? Negativa nobis verior videtur: Ut n. nunc nihil de odiosorum & poenaliu extensione prohibita afferamus, illud saltem addentes, nunquam ad poenam capitis perveniri posse, nec deberi etiam, nisi testimoniis & probationibus luce meridiana clarioribus: certum vero est, & ex Legibus constat, infamiam mortis poenae æquiparari *l. 8. S. pen. ff. Quod met. caus. l. 9. de Manumiss. Vindict. lib. 38. ad L. Jul. de Adult. Nec vere sed fide tantum Contumacem delictum videri confiteri, quod ex Responso Facultatis Juridicæ Lipsiensis, à Berlichio allegato, apparet, verb. dennoch aber vnd woserne beklagte ihres eigenen begangenen ungehorsams halben vnd also ob fictam Injuriarum confessionem. &c. part. 5. concl. 63. n. 31. & seq. Neq; etiam obstabit quod fictio in casu ficto idem operari dicatur, quod veritas in casu vero *l. 19. in fin. ff. de Locat. Gail. lib. 2. O. 127. n. 6.* Quando Regulam hanc in favorabilibus, non vero odiosis Dd. concedant, quæ potius restringenda quam amplianda *l. 42. de poen. c. odia 15. de R. J. in 6to.* Et pro nostra quoque sententia Jctos Iudicii Curialis Wittebergensis pronunciasse testis est *Berlich. d. l. ubi tenorem sententiæ suppeditat. Videri quoq; potest l. 55. de Evict.**

II. Vendidit Titius rem, reservato sibi Dominio pro assecuratione pretii distinctis terminis solvendi; Re ista vi majori sublata, Emptor exsolutione pretii residui non gravandum, quin potius partem pretii iam soluti ipsi restituendam esse existimavit; Controversia mota: An interitus rei totalis, si forsitan ante Dominii abdicationem vel renunciationem coram Iudice factam (der gerichtlichen aufflassung) ad Venditorem pertineat? Facultas nostra, dissentiente quamvis D. D. Carpz. in *Jurispr. for. p. 2. C. 26. def. 20 & C. 39. def. 35.* Nec non *l. 1. t. 10. Resp. 108. aliquo modo sibi contrario*; periculum omne ad Emptorem pertinere, in causa Hansen Gansemans erben Vormunden/ contra Andreas Margraffen in Torgaw præterito 26. Jan. pronunciat. Cui NON LIQUET; in palæstram descendat; videbimus!

TIT. XI.

# DE IURE PUBLICO

## COROLLARIA.

De Iure Publico in academiis disputare licet

Vivente Imperatore Regem Romanum eligi posse ex *A. Bulla* vix ac ne vix quidem demonstrabitur.

Verior illorum sententia qui Principem omnibus omnino legibus solutum volunt.

Filius per subsequens Matrimonium Legitimus succedit in Feudo.

Feudi sibi concessi Ususfructum Patri filius fam. non acquirit.

Vasallus propriis sumptibus servire debet Domino, etiamsi extra patriam sequi eum habeat neesse.

Hodie cum in adoptantem extraneum Iura patris naturalis non transeant foemina adoptabit.

Reus cui concessus est salvus conductus *zu recht vnd vor vnrecht* ter gewalt adhuc incarcerari, & puniri potest.

Non potest Magistratus deprehensionis captum, Magistratus loci in quo delictum perpetratum invito obtrudere, ut recipiat, & de eo poenas delicto convenientes sumat.

Filius fam. pupillariter fratri substitutus, tanquam suus fratrem potest transmittere hereditatem.

An inter parentes & liberos Adulterinos committatur homicidium, Ex *L. Cornel. de Sic. an Parricidium* ex *L. Pompej. vindicandum* videbimus.

In patriis Academiis literis operam quidant, vi auth. habita. *C. Ne. Filius pro Pat. studiosorum* gaudent privilegiis.

# F I N I S.



ULB Halle  
003 862 046




3


Sb.

WPA









21  
20  
1644 9

CHRISTI REDEMPTORIS AUSPICIO.  
DISPUTATIO SECUNDA

*Continens*

QUESTIONES FORENSES EX  
cessu & Ordinatione Judic. vulgo  
Gerichts Ordnung/

renissimi ac Potentissimi Principis  
ac Domini, Dn.

ANNIS GEORGII

Elect. Sax. &c. Domini nostri clementiss,  
desumptas,

*QVAS*

SUB PRÆSIDIO

IANI TAUBMANNI, U. J. D,  
Publ. Curia Elect. & Facult. Jurid,  
Assessoris,

*Publicè defendet*

FREDERICUS von Zena/  
Anhaltinus.

*Ad diem Februar. in Auditorio  
Jctorum horis antemerid,*



WITTEBERGÆ,

bat JOHANNES HAKE. M. DC. XLIV.

